



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

77. Cum nos hodie &c. Litteræ Apostolicæ in formâ Brevis ad Archiepiscopos, & Episcopos nec non utrumque Clerum tam Sæcularem, quàm Regularem, reliquosque omnes. Christifideles Regni Siciliæ, quibus

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

LITERÆ APOSTOLICÆ

In formâ Brevis ad Archiepiscopos, & Episcopos, nec non utrumque Clerum tam Secularem, quam Regularem, reliquosque omnes Christifideles Regni Siciliae, quibus præscribitur modus, quo causæ dicti Regni ad Forum Ecclesiasticum pertinentes in posterum, etiam ab solito Monarchia Siculae Tribunal, judicari possint, ac debeant in eodem Regno, donec aliâ ratione à Sanctitate Suâ, & Sede Apostolicâ indemnata, ac commodis Nationis Siculae pleniùs, & uberioris consulatur.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

Memor abolitioninem asserti Tribunalis Monarchia Siculae à le præcedentem exploram.

Cum Nos hodie speciali nostrâ, ac perpetuâ valitûr Constitutione, gravissimis, atque justissimis rationibus adducti, seu potius compulsi, prætensam Apostolicam istius Regni Siciliae Legationem, ac Monarchiam nuncupatam, ejusque assertum Tribunal, unâ cum illius Judicis, Notariorum, Scribarum, Ministrorum, aliorumque Officialium quorumlibet quovis nomine nuncupatorum dignitatibus, officiis, & ministeriis quibuscumque, omnique eorum titulo, essentiâ, ac denominatione, traditi Nobis ab Omnipotenti Deo auctoritate, extinxerimus, suppresserimus, & abolerimus, nec non omnia, & singula, si quæ essent, illis, & illorum cuiilibet à quibuscumque Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quomodolibet concessa, ac plures confirmata privilegia, facultates, & iudicata, penitus, ac omnino resciderimus, cassaverimus, revocaverimus, & abrogaverimus, illaque pro extinctis, suppressis, & abolitis, nec non respectivè, rescisis, cassatis, revocatis, & abrogatis, ab omnibus Christifidelibus perpetuè haberi, ac reputari debere voluerimus, ac mandaverimus: uno, eodemque tempore considerantes Apostolicâ nostra prævidentia esse incommodis, ac periculis vestris maturè occurrere, ac interim modum aliquem praescribere, quo causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes, ab solito jam Monarchia Siculae Tribunal, recte, ac ordine, & nihilominus, quantum fieri potest, sine majori Partium litigantium dispendio cognosci possent, fineque debito terminari; ejusmodi modum non aliunde, quam ex Canonistarum sanctionum ensurâ petendum, nec Judices pro eaurumdem causarum cognitione, ac terminatione alibi, quam in istomet Regno constitudos esse censuimus; primùm quidem, ut testatum omnibus faceremus, Nos ad præmissa devenisse, non quidem animo augendi Siciliæ causis Romana Curia subfella, sed eâ tantum mente, ut enormibus, ac gravissimis scandalis, quibus universi propemodum Christifideles summoperè offendebantur, Apostolicâ fâce succisâ, Ecclesiæ honori, Pontificiæ authoritatis vindicationi, animarumque saluti pro commisso Nobis cœlitus Pastorali munere consuleremus; deinde vero, ut Vobis manifestum fieret Nos eâ in re pro paternâ, quâ Regnum istud in Domino complectimur, charitate, utilitatis, commode vestri congruan habuisse rationem; Hinc igitur est, quod Nos diuturnâ, atque maturâ, sicut negotii gravitas flagitat, consultatione adhibitâ, auditaque defusa per nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum ejusdem Romana Curia Prælatorum, Sacrarum Legum doctrinâ, rerumque usu præstantium sententia, pro facilis, rectâ ac ordinatâ prædictarum causarum direktione sequentem normam præscri-

Et captam deliberationem provi-
fendi, ut cause Fo i
Ecclesiastici cognoci po-
sint in Regno Siciliae
donec aliter statuarat.

Motiva ejus-
dem delibe-
rationis re-
fert.

Declarat ita-
tuissimam servan-
dam in causa-
rum direktione
usque ad plenam S.
Sedis ordi-
nationem.

bere, ac sanctire decrevimus, quam de cætero ab iis omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inconcuse, ac inviolabiliter observari voluntus, & mandamus, donec aliâ ratione à Nobis, & ab hac Sanctâ Sede indemnata vestrae pleniùs, ac uberioris prospiciatur.

§. 1. Causæ omnes ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, cujuscumque sint generis, in primâ instantiâ coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, nec ab eorum Tribunali avocari possint, nisi titulo tantum appellationi à sententia definitivâ, aut ab interlocutori definitivâ vim habent, cujus gravamen per appellationem à definitivâ reparari nequeat, vel nisi integrò biennio à die motæ litis computando coram ipsis Ordinariis peperderint indecisa, quemadmodum Tridentini Concilii decreto in cap. Causæ omnes fols. xxiv. de reformat. salubriter cautum est; Quod si secus fiat, quavis appellatio, inhibitio, aut sententia ad ejusdem Concilii prescriptum eo ipso irrita sit, ac nullius prorsus roboris, vel momenti.

§. 2. A sententia Ordinarii ad Metropolitanum, vel ad alium Episcopum Metropolitani loco à Nobis subrogatum, juxta ordinem inferius præscribendum, appelletur, servatâ in omnibus formâ, quæ à supradicto Concilio sancitur.

§. 3. Ubi verò Metropolitanus, vel Episcopus Metropolitani loco, ut præfert, subrogatus, in causâ pronunciaverit, Partibus, vel earum alteri liberum sit ab illis sententia ad Apostolicum Delegatum provocare, servato ordine, de quo infra, ac ipsis Concilii præscripto.

§. 4. Quicunque à sententiâ, vel decreto Apostolici Delegati gravatum se senserit, ad Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem poterit appellare, à quo causæ cognitio Judicii Ecclesiastico in partibus Siciliae commitetur per literas Apostolicas necessariis, & opportunis clausulis, protat juris fuerit, muniendas, ac eâ possit, quod si Partes in illum non consentient, alium ipse deputare valeat iisdem Partibus non suspectum.

§. 5. In Causis Beneficialibus valorem virginis quartu ducatorum auri de Camerâ, nec non in profanis summanum quinquaginta ducatorum solidum non excedentibus, Pars, quæ à judicio Delegati Apostolici gravamen illarum sibi sufficere queretur, ut appellations remedio consilere sibi possit, adibit tres Judices Synodales antiquiores Diœcesis ejusdem Delegati, qui tanquam Arbitri, an appellatio rejici, vel admitti debeat, & quibus clausulis causa sit committenda, prævio diligentem examine discent. Quod si causam committendam esse censuerint, ipsi, tanquam Apostolici Delegati, Judicem deputabunt Partibus non suspectum. Hunc autem in finem prædictis Judicibus Synodalibus quascumque facultates necessarias, ac opportinas concedimus, & impetrinur.

§. 6. Porro in causa, in quibus Conservatorum Regularium decretum, vel sententiam tulerint, qui se ab illis gravatum existimaverit, recurrere similiter poterit ad tres antiquiores Judices Synodales illius Diœcesis, ubi judicium latum est: Qui quidem Judices, tanquam Arbitri, cognitis utriusque Partibus iuribus, statuent, an appellatio rejici, vel admitti, & quibus clausulis causa committit debeat. Quod si causam committendam esse duxerint, tanquam Apostolici Delegati, Judicem deputabunt Partibus non suspectum cum omnibus facultatibus necessariis, ac opportunitatibus. Ceterum qui à sententiâ, aut decreto hujus secundi Judicis gravatum se senserit, adibit tres antiquiores Judices Synodales Metropolitanæ Diœcesis, vel illius, que Metropolitanæ locum obtinebit in ordine inferiorius præscribendo; Qui sanè

In prima Infan-
tia causæ
omnes Ec-
clesiasticae
cognoci de-
bent coram
Ordinariis
juxta pres-
criptum Sa-
cri Concilii
Tridentini.

Appellatio à
sententia Or-
dinarii, ad
Metropoli-
tanum, vel
alium Episco-
pum, ut in-
fra, subro-
gandum in-
terponatur.

A Sententia
Metropoli-
tanii, vel Epis-
copi subro-
gati appelle-
tur ad Apo-
stolicum De-
legatum, ut in-
fra.

A Delegato
Apostolico
appelletur
ad Roma-
num Pontif-
icem, qui cau-
lam in
Partibus co-
ngnoscendam
committet.

Facultas con-
cessa tribus
Judicibus syn-
odalibus
circa modum
committendi
appellatio-
nes à Judica-
to Delegato-
rum cujusq[ue]
Diœcesis in
causis Benefi-
cialibus vi-
gintiqua-
torum ducato-
rum, & in
profanis
quinquagin-
ta non ex-
cedendi.

In Judicatis
Conservato-
rum Regula-
rium agen-
dum coram
dictis Judici-
bus Synoda-
lis Diœcesi-
bus pro ad-
missione, vel
rejectione
appellatio-
nis.

Sic etiam in
secundis Ju-
dicibus re-
currendum
ad dictos Ju-

ANNO
1715.
dices Syno-
dales Dio-
cesis Metro-
politanæ.

C L E M E N S U N D E C I M U S.

153

Injungitur ,
quid agen-
dum in cau-
sis Regula-
rium tam in-
tra , quam
extra clau-
stra delin-
quentium
pro triplici
Instancia.

Causæ maiores
judicio S.
Sedis refer-
ventur.

Judicibus, ut
supra nomi-
natis prohi-
ber, ne ab-
solvant à
censuris in-
fictis per
Bullas diei
Cœna Do-
mini, vel Se-
di Apostoli-
cae reser-
vatis.

Minusque fe-
ingerant in
cognitione
validitatis ,
ac iustitia ea-
rundem cen-
surarum,
postquam de-
clareata
fuerint.

Profitetur fe-
ad tempus
concessiūrum
facultatem
ab solvendi a
censuris , ut
supra, refe-

Judices alium deputabant Judicem eā prorsū ra-
tione , qua supra quoad modum appellandi à
judicio Conservatorum prescripta fuit. Omni-
bus autem prædictis Judicibus Synodalibus tam
Metropolitanæ , quam alterius Dioecesis , quacum-
que facultates ad præmissorum effectum necessarias ,
& opportunas concedimus , & impertimur.

§. 7. In criminalibus causis Regularium , quando hi deliquerint intra claustra , Tridentini Concilii , & peculiarium illius Ordinis , quem quilibet Delinquens professus fuerit , Constitutionis dispositio exactè servetur. Quod si delinquent extra claustra , vel extra Monasterium degant , ab Episcopis juxta ejusdem Tridentini Concilii , & Apostolicarum Constitutionum prescriptum judicentur , ac puniantur. Qui vero Episcopi judicio acquiesce-
re detrectaverit , provocare poterit ad tres antiquiores Judices Synodales Dioecesis illiusmetu Episcopi , à quo judicatus fuit; Qui plane Judices , tanquam Arbitrii , an appellatio admittenda , vel rejicienda sit , & quomodo causam committi oporteat , prævio maturo examine decernent. Ubi vero eam committendam esse statuerint , Judicem deputabant Partibus non suspectum cum omnibus facultatibus necessariis , & opportunitis , Quod si quis ab his secundi Judicis sententiā , vel decreto se gravatum putaverit , recurret ad tres Judices Synodales antiquiores Metropolitanæ Dioecesis , vel illius , quæ Metropolitanæ loco in ordine , de quo infra , subrogabitur; Hi autem Judices alium deputabant Judicem eā prorsū servatā ratione , qua supra quoad modum ap-
pellandi à Judicio Episcopi sancta fuit. Omni-
bus pariter antedictis Judicibus Synodalibus tam Metropolitanæ , quam alterius Dioecesis , quacumque facultates ad præmissorum effectum quo-
modolibet necessarias , & opportunas concedimus , ac impertimur.

§. 8. Caveant tamen Ordinarii locorum , ne
causis , que majores nuncupantur , quæque apud Sedem Apostolicam tractari debent , sive in prima , sive etiam in aliâ ulteriori instantiâ , ulla pacto fese-
ingrant , aut immisceant; Sed illæ juxta memoriati Tridentini Concilii , Sacrorum Canonum , & Apostolicarum Constitutionum prescriptum , in Romanâ tantum Curia , vel à Judicibus , quos Romanus Pontifex , pro tempore existens specialiter deputaverit , cognoscantur.

§. 9. Nulli præterea ex supradictis sive primæ , sive secundæ , sive etiam tertiæ Instantiæ Ju-
dicibus , nec cuiquam alteri Ecclesiastico Judici , cuiuscumque gradus , & conditionis existat , ta-
meti Legati à Latere dignitate insignitus reperiatur , ulla unquam tempore licet quantumque
ab solvere , etiam cum reincidentiâ , & ad effec-
tum agendi tantum , à censuris Ecclesiastici per literas die Cœna Domini singulis annis legi , &
promulgari solitas , sive alias Apostolicas Con-
stitutiones infictis , quarum absolutio solum Romano Pontifici reservatur ; Caveantque omnes antedicti , ne postquam eadem censuræ ab ipsis declaratae , ac promulgatae fuerint , ulla modo lese inge-
rant , aut immisceant cognitioni , an illæ , carumne declaratoriae validæ , aut nullæ , justæ , aut injus-
tæ sint ; cum ejusmodi cognitionem Romano dum-
taxat Pontifici pro tempore existenti , & Congre-
gationi ejusdem S. R. E. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae , & controversis jurisdictionibus
præpositæ , ad id ab Apostolicâ Sede specialiter de-
putata , privativè quoad omnes alios competere
satis constet.

§. 10. Attento nihilominus ingenii eorum nu-
mero , quos isthic , præsertim ob notam Ecclesiasti-
ci Interdicti , cui Civitates , ac Dioecesis Cata-
nen , & Agrigentini , iussu nostro subjectæ fuerunt ,
violationem in ejusmodi censuras Nobis reservatas

miserè incidisse novimus , ut æternæ eorum salutis paternâ charitate consularimus , facultatem eos , qui refuerint , ac humiliter id flagitaverint , absolvendi , ad certum tempus duraturam , illius Regni Episcopis impertiri non detrectabimus , quod facilius , atque commodius iisdem censuris innodati Sacramentis Ecclesiæ , & communioni Fidelium restitu possint.

§. 11. Causæ demum omnes , de quibus supra actum est , coram Archiepiscopis , Episcopis , aliquip locorum Ordinariis eo , qui inferioris praef-
cubitur , ordine in posterum tractandæ erunt.

§. 12. Prima instantia , juxta Tridentini Con-
cili dispositionem , ad Ordinarium Loci perti-
neat. Ab Ordinario autem appellare liceat , &
causa in ulterioribus instantiis cognoscantur , ut infra.

§. 13. Ab Archiepiscopo Panormitano appelle-
tur ad Episcopum Cephaludensem , cuius sit se-
cunda instantia : Ab Episcopo Cephaludensi ad
Episcopum Cataniensem provocetur , ad quem , ut Delegatum Apostolicum , spectet tercia instan-
tia.

§. 14. Ab Archiepiscopo Montis Regalis ap-
pelletur ad Episcopum Paestensem , & ab eo ad
Episcopum Mazariensem , ut Delegatum Aposto-
licum.

§. 15. Ab Archiepiscopo Messanensi appelle-
tur ad Episcopum Syracusanum , & ab eo ad Episco-
pum Cataniensem , ut Delegatum Apostolicum.

§. 16. Ab Episcopo Cataniensi appelletur ad
Archiepiscopum Montis Regalis , ut Metropolitanum , & ab eo ad Episcopum Agrigentum , ut Delegatum Apostolicum.

§. 17. Ab Episcopo Syracusano appelletur ad
Archiepiscopum Montis Regalis , ut Metropolitanum , & ab eo ad Episcopum Mazariensem , ut Delegatum Apostolicum.

§. 18. Ab Episcopo Agrigentino appelletur ad
Archiepiscopum Panormitanum , ut Metropolitanum , & ab eo ad Episcopum Syracusanum , ut Delegatum Apostolicum.

§. 19. Ab Episcopo Mazariensi appelletur ad
Archiepiscopum Panormitanum , ut Metropolitanum , & ab eo ad Archiepiscopum Messanensem , ut Delegatum Apostolicum.

§. 20. Ab Episcopo Cephaludensi appelletur ad
Archiepiscopum Messanensem , ut Metropolitanum , & ab eo ad Episcopum Agrigentum , ut Delegatum Apostolicum.

§. 21. Ab Episcopo Paestensi appelletur ad Ar-
chiepiscopum Messanensem , ut Metropolitanum , & ab eo ad Archiepiscopum Panormitanum , ut Delegatum Apostolicum.

§. 22. Ab Archimandritâ Messanensi , qui ju-
risdictionem quasi Episcopalem in nonnullis Oppidis , seu Locis Nullius Dioecesis Provinciae Messa-
nenonis exercere assertur , appelletur ad Episco-
pum Cataniensem , quem loco Archiepiscopi Messa-
nenonis Metropolitanus subrogavimus , attentis plurimi-
bus litibus , quæ , ut etiam assertur , inter eosdem
Archiepiscopum , & Archimandritam pendent inde-
cisa; A dicto autem Episcopo Catanien. ad Ar-
chiepiscopum Panormitanum , ut Delegatum A-
postolicum.

§. 23. Ab Abate demum Sanctæ Lucia , qui simili-
ter jurisdictionem quasi Episcopalem in uno ,
se pluripluribus Oppidis , vel Locis Nullius Dioecesis
Provinciae Messanen. exercere assertur , appelletur
ad Archiepiscopum Messanensem , ut Metropoli-
tanum , & ab eo ad Archiepiscopum Montis Re-
galis , ut Delegatum Apostolicum.

§. 24. Per præmissa tamen non intendimus dic-
torum Archimandritæ Messanensis , & Abbatis
Sanctæ Lucia assertam jurisdictionem quasi Episcop-
alem ulla tenus approbare , aut quidquam eis ,
seu

ANNO
1715.
vatis ob vio-
lationem In-
terdicti in
Dioecesis
Agrigentina
& Catanien-
si.

Statuit ordi-
nem servan-
dum in tra-
ctatione cau-
sarum ulque
ad tertiam
Instantiam
in clivis pro
singulis
Dioecesis
Sicilia , cum
deputatione
Episcoporum
subro-
gatorum . &
Delegato-
rum Aposto-
licorum.

Eundem or-
dinem praef-
scribit in cau-
sis spectanti-
bus ad Tri-
bunal Archi-
mandrite
Messanensis.

Nec non Ab-
batis S. Lu-
cia Provin-
cia Messa-
nenis.

Protestatio
hujus ordi-
nationis ci-
tra approba-
tionem als.
seu

jurifictionis dictorum
Archimandritarum & Abbatum.

Facultatem concedit superdictis
Pratensis procedendi in
cognitione causarum ordine praefero.

Derogat
contrariis, ac
principiis
Constitutionis meae.
Bonifacii VIII. de una,
& Concilii Generalis de duabus
tietis.

Pratensis Regni Siciliae
hortatur, ut
alacriter, in-
cumbant
executioni
præsentium
literarum.

Fides haben-
da Transum-
ptis.

Publicatio.

seu eorum alteri in quorumvis aliorum præjudicium novi juris tribuere.

§. 25. Ceterum omnibus, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis supradictis tam pro secundâ loco Metropolitanorum subrogatis, quam pro tertia respectivè instantiis, sicut præmititur, delegatis, ut omnes, & singulas causas ad eorum judicium de cetero, ut supra, deferendas cognoscere, ac legitimè definiri possint, & valeant; quæcumque facultates ad id quomodolibet necessarias, & opportunas amplissimè tribuimus, acclarigimur.

§. 26. Non obstantibus, quatenus opus fit, fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri de unâ, & Concilii Generalis de duabus dieis, ita ut vigore præsentium etiam ultra duas, pluresve dietas quilibet in judicium trahi possit, aliquique Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in prædictâ nostrâ nuper editâ Constitutione volumus non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 27. Vos itaque potissimum, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur, ac admoneamus, ut vigore pleno, quo Episcopos agere oportet, ea quæ fancivimus, debita executioni pro virili parte demandetis, ac etiam ab aliis, qui vobis subfunt, demandari strenue satagatis. Zelum proinde vestrum pro Ecclesiæ iuribus, ac libertate, pro que vestrâ, atque supremâ nostrâ, & Apostolicâ Sedis autoritate hoc tam necessario tempore corroborate, palamque proferte, ambulantes in Domo Domini cum consensu, quatenus antiqua vobis, ac per Vos reliquis istis Fidelibus veræ pietatis, ac filialis in hanc Sanctam Sedem devotionis laus constet, & nos gratulari possimus ab electâ istâ Dominici Agri parte evulsa prorsus fuisse zizania, bonaque frugis integratatem, id est, veterem Ecclesiæ disciplinam, debitam Canonis Sanctionibus reverentiam, Episcopalem denique, & Apostolicam dignitatem, ope potissimum Fraternitatum vestrarum pristinum in locum fuisse restitutam. Quæ omnia ut alacrius executi valeatis, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Spirituallium charismatum incrementum ex animo à Deo precamur, perpetuumque paternæ charitatis nostra pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, enam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute muniris eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quæ ipsis prætentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Februarii MDCCXV. Pontificatus Nostri Anno XV.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, Indictione Octava, die vero vigesima Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa XI. anno ejus XV. supradicta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilica SS. Apostolorum, Petri, & Pauli, Cancellarie Apostolica, in Monte Citorio, in Aula Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam de Unionibus Apostolicum Curorem.

Petrus Romolatus Magister Cursorum.

TABELLA

Tribunalium Ecclesiasticorum Regni Siciliae.

Juxta modum in supradictis Literis Apostolicis præsinitum.

PRIMA INSTANTIA.

Archiepiscopi Panormitani.

Archiepiscopi Montis Regalis.

Archiepiscopi Messanensis.

Episcopi Cataniensis.

Episcopi Syracusani.

Episcopi Agrigentini.

Episcopi Mazariensis.

Episcopi Cephaludensis.

Episcopi Paetensis.

Archimandrita Messanensis, Nullius Diæcesis Provincie Messanen.

Abbatis S. Luciae, Nullius Diæcesis Provincia Messanen.

SECUNDA INSTANTIA.

Episcopi Cephaludensis, ut subrogati loco Metropolitani.

Episcopi Paetensis, ut subrogati loco Metropolitani.

Episcopi Syracusani, ut subrogati loco Metropolitani.

Archiepiscopi Montis Regalis, ut Metropolitani.

Archiepiscopi Montis Regalis, ut Metropolitani.

Archiepiscopi Panormitani, ut Metropolitani.

Archiepiscopi Panormitani, ut Metropolitani.

Archiepiscopi Messanensis, ut Metropolitani.

Archiepiscopi Messanensis, ut Metropolitani.

Episcopi Cataniensis, ut subrogati loco Metropolitani.

Archiepiscopi Messanensis, ut Metropolitani.

TERTIA INSTANTIA.

Episcopi Cataniensis, ut Delegati Apostolici.

Episcopi Mazarien. ut Delegati.

Episcopi Catanien. ut Delegati.

Episcopi Agrigentini, ut Delegati.

Episcopi Mazariensis, ut Delegati.

Episcopi Syracusani, ut Delegati.

Archiepiscopi Messanensis, ut Delegati.

Epif.

- Episcopi Agrigentini, ut Delegati.
 Archiepiscopi Panormitani, ut Delegati.
 Archiepiscopi Panormitani, ut Delegati.
 Archiepiscopi Montis Regalis, ut Delegati.

LXXVIII.

P R A E C E P T U M .

Super omnimodā, absolutā, integrā, & inviolabili obseruatione eorum, que aliās à Sancitate Suā in Causā Rituum, seu Ceremoniarum Sinensium decreta fuerunt: Cum rejectione quarumcumque rationum, seu excusationum ad ejusmodi Decretorum executionem declinandam allatarum, ac prescriptio ne Formulæ juramenti per Missionarios illarum Partium præsentes, & futuros hac in re praestandi.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab enix defensorio dirimenti controverias ortas in Sinarum Imperio inter Apostolicos Missionarios tam circa usum quorundam vocum ad exprimentium Dei nomen acceptarum, quam circa quoddam ritus inibi viventes.

Narrat prævia diligente discussione fuisse his de rebus edita nonnulla responsa per Congregationem S. Officii, eaque subinde Apostolica Authoritate confirmata.

Tenor eo runderem Refponorum.

Ad significandum verum Deum approbat vox Tien Chu, rejeccis non minus Tien, & Xang Ti.

Appensio Tabellarum cum Inscriptione King, Tien prohibetur.

EX illâ die, quâ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, Catholicae Ecclesie gubernacula, hoc est, munus suâ amplitudine gravissimum, ac temporum iniquitate molestissimum, Deo sic disponente, suscepimus: nihil Nobis manum clavo admoventibus antiquius fuit, quam acerrimas contentiones jampridem in Imperio Sinarum inter Apostolicos illarum partium Missionarios exortas, semperque in dies magis invalescentes, tam circa quasdam voces Sinicas ad Sanctum, & ineffabile Dei Nomen exprimentium inibi usurpatas, quam circa nonnullos eorum Gentium ritus, veluti superstitionis à quibusdam ex Missionariis prædictis reprobatis: ab aliis vero, ut potè eos civiles tantum afferentibus, permisso, Apostolici Judicij censurâ opportune dirimere, ut sublati dissidiis, Christianæ Religionis, Catholicae Fidei propagationem turbantibus, omnes tandem id ipsum dicerent in eodem sensu, & in eadem sententiâ, unoque ore glorificaretur Deus ab iis, qui sanctificati sunt in Christo Jesu.

S. 1. Hoc consilio responsa, illa, quæ ad varias quæstiones super ejusmodi rebus excitatas, prævio diuturno examine dudum, videlicet tempore fel. rec. Innocentii Papa XII. Prædecessoris nostri inchoato, ac deinde iussu nostro per plures annos continuato, auditisque utriusque Partis rationibus, nec non complurim Theologorum, & Qualificatorum sententias à Congregatione Veterabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium in totâ Republicâ Christianâ Generalium Inquisitorum adversus hæreticam pravitatem authoritate, Apostolica deputatorum data fuerunt, Nos die xx. Novembris MDCCIV. eadem authoritate confirmavimus, & approbavimus.

S. 2. Ea autem, quæ in responsis hujusmodi decreta fuerunt, sunt, quæ sequuntur: *Cum Deus Optimus Maximus congrue apud Sinas vocabulis europeis exprimi nequeat: ad eundem verum Deum significandum, vocabulum Thien Chu, hoc est, Cali Dominus, quod à Sinensibus Missionariis, & Fidelibus longo, ac probato usu receptum esse dignoscitur, admittendum esse: Nomina vero Tien Caelum, & Xang Ti, Supremus Imperator, penitus rejicienda.*

Idcirco tabellas cum inscriptione Sinica King Tien, Caelum colito, in Ecclesi Christianorum appendi, seu jam appensas in posterum inibi retineri permittendum non esse.

Ad hæc nullatenus, nullaque de causa permittendum esse Christifidelibus, quod presint, ministrent, aut interfint solemnibus sacrificiis, seu oblationibus, que à Sinensibus in utroque equinoctio cuiuscumque anni Confucio, & Progenitoribus defunctis fieri solent, tanquam superstitione imbuti. Similiter nec esse permittendum, quod in Ædibus Confucii, que Sino nomine Miao appellantur, uidem Ch. Christifides exerceant, ac peragant ceremonias, ritus, & oblationes, que in honorem ejusdem Confucii sunt; tum singulis mensibus in Novilunio, & plenilunio à Mandarinis, seu primariis Magistris, aliisque Officialibus, & Literatis: tum ab iisdem Mandarinis, seu Gubernatoribus: at Magistris, antequam dignitatem adeant, seu saltu post ejusdem possessionem adoptant: tum denique à Literatis, qui postquam ad gradus sunt admissi, è vestigio ad Templum, seu Ædem Confucii se conseruent.

Præterea non esse permittendum Christianis in Templo, seu Ædibus Progenitoribus dicata oblationes minus solemnies eisdem facere, nec in illis ministrare, aut quomodo libet inservire, vel alios ritus, & ceremonias peragere.

Item nec esse permittendum prefatis Christianis oblationes, ritus, & ceremonias hujusmodi coram Progenitorum tabellis in privatis Domibus, sive in eorumdem Progenitorum sepulcris, sive antequam Defuncti sepultura tradantur, in eorum honorem fieri consuetas, una cum Gentibus, vel scorsim ab illa peragere, eisque ministrare, aut interessere: Imo predicta omnia, utpote que, perpenitus hinc inde deductis, nec non diligenter, ac mature discussis omnibus, ita peragi comperta sunt, ut à superstitione separari nequeant. Christiana Legis cultoribus ne quidem permittenda esse promissa publica, vel secreta protestatione se non religioso, sed civili, ac politico tantum cultu erit. Defunctos illa prestare, nec ab eis quidquam perttere, aut sperare.

Non tamen per hec censendam esse damnata pro præsentiam illam, seu assentiam mere materialē, quam cum Gentilibus superstitionis prægentibus, citra ultam sive expressam, sive tacitam gestorum approbationem, ac quovis ministerio penitus secluso, eisdem superstitionis actibus quandoque præstari contingat à Christianis, cum alter odis, & inimicitia vitari non possint, facta tamen prius, si commode fieri poterit, fidei protestatione, ac cessante periculo subversionis.

Demum permittendum non esse Christifidelibus tabellas Defunctorum Progenitorum in suis privatis domibus restringere juxta illarum partium morem, hoc est, cum inscriptione Sinica, qua Thronus, seu Sedes Spiritus, vel Animæ N. significatur; imo nec cum alia, qua Sedes, seu Thronus, adeoque idem, ac priori, licet magis contracta inscriptione, designari videatur. Quo vero ad tabellas solo Defuncti nomine in scriptis tolerari posse illarum usum, dummodo, in eis conficiendis omittantur omnia, que superstitionem redolent, & seculo scandalo; hoc est, dummodo do qui Christiani non sunt, arbitrii non possint tabellas hujusmodi à Christianis retineri ea mente, qua ipsillas retinent, nec non adjecta insuper declaratione alatus ipsarum tabellarum apponenda, qua, & qua sit Christianorum de Defunctis fides, & qualis Filiorum, ac Nopotum in Præmogenitores pietas esse debeat, enunciatur.

Per præmissa nibilominus non vetari, quoniam erga defunctos præstari contuta permituntur, dummodo superstitione non sint, etiam specie tenus, declaratione circa id zelicitate Visitatori Apostolico, aliisque Prælati.

ANNO
1715.

Christifidelibus interdicitur ministerium, & interventus Sacrificis Confucio, & Progenitoribus defunctis fieri conuenit.

Exercitum itidem ceremonialium, que statim temporibus pergitur in honorem ejusdem Confucii.

Oblations minus solemnies, aliaque similia in Tempis Progenitoribus dicatis veterantur Christianis.

Idque etiam coram Progenitorum Tabellis in privatis domibus.

Quamvis præmitatur publica, vel lecreta protestatio, quod hac omnia culti civili explanatur.

Supraposita præhibitio limitatur in ea sumere assentientia materialis, præhabita fidei protestatio, ac secluso ministerio, & periculo subversio-

Tabellæ Defunctorum Progenitorum veterantur cum Inscriptione Sinica, qua Sedes Spiritus, vel anima designatur, permisitis, que tantum continent nomen Defuncti, cestante scandalo.

Ajna erga defunctos præstari contuta permituntur, dummodo superstitione non sint, etiam specie tenus, declaratione circa id zelicitate Visitatori Apostolico, aliisque Prælati.